UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri Viginti

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Quomodo lentigines delere debeamus. Cap. XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70772

Visual Library

oleum immittatur, & coquatur calidis cineribus, illi- delet ſugillata. Maculæ, quæ corpori ſignatæ ſunt, & impreſſæ à mulieribus vterum gerentibus, dum ma- mè ſuo deſiderio rapiuntur, hac via abolentur. Come- dat prius de carne, aut fructu illo ad ſatietatem, dele carnem, aut fructum loco ſuperſigabit viuum, au- rens, donec moriatur, aut putreſcat, & abolebitur. aqua forti, aut regia locum madefaciat, & cutis vi- nigreſcit, ſic auferetur, opus iterato.

Ad maculas, & pulchritudinem

non omittemus Æliani experimentum de leone, lo- ſtæ ſpecie, in membranis enim quibuſdam teſtibus - ligatis, ſub quibus ſubiectæ ſunt molles caruncula- teneræ, quæ leonis adeps appellatur. Id ad hoc ipſos - mines adiuuant, vt ſqualidam, atque horridam faci- ad nitorem adducat. Roſaceo delibutus, & in vnguen- tum conformatus, formæ pulchritudinem concilia, & candorem enitere facit.

Quomodo lentigines delere debeamus. CAP. XXI.

QVIA lentigines faciem deturpare ſolent, & præ- ſertim albiſſimam, ideo ad eas extirpandas, elimi- nandasq; his vtemur experimentis. Nos ſæpè

ad lentigines

vſi ſumus papyraceo oleo, ſcilicet illud extrahendo combuſtis papyris, modum, ne ſeriem interturbem- ſuo loco docebimus, vbi de aquarum, & olearum extr- ctione loquemur. Id igitur ſupra lentigines perunge- do, breui tempore eas delebit. Valent

ad idem

oua ſorbilia, circiter viginti cocta, donec dura, per m- dium ſiſſa, & extractis boletis, caua albuminum reple- amygdalino oleo, & terebinthina reſina, vitreo va- quore extracto, propinata ad vſum. Docebimus &

aliud.

Duo ſimul oua conturbato, & agitato, adiungito ta- tundem limonum ſucci, & tantillum argenti viui ſu- limati, & inſolato vtitor. Aliud dicemus

ad ſo-

ad faciem expoliendam.

Cyclamineæ radicis partes ternas, hordei mundi ſenas, *tartari* in calcem redacti ſimplicem, radicis cucumeris ſylueſtris pulueratæ binas, furfuris triticei, quantum manibus capi poſſit, ebulliant in aqua omnia, vſque ad tertiæ partis conſumptionem, poſt faciem laua.

Quomodo impetigines à facie, vel alia corporis parte tollantur. CAP. XXII.

IMPETIGINES & faciem deturpant adeò, vt nil turpius, nil fœdius conſpici poſſit, aliquando corporis partes inuadunt, vt alas, & fœmura, aquam extillant fœtidam, & deturpantem veſtimenta; Contra has inuenimus

ad impetigines.

Ex oxylapathi radicibus extrahatur aqua ſtillatim, & ſingulis harum libris melopeponũ, & halinitri ſemunciam, & *tartari* vini albi duas vncias addes. Sinito per dies aliquot madeſcant, mox extillabis, qua mane faciem ablues, & veſperi perline *tartari* oleo, & amygdalino ſimul remiſtis. Nec ad has explodendas inutile erit ouorum oleum perlitum. Sed aliquando adeò feræ impetigines ſunt, vt nullo valeant medicamento ſanari, nos apponemus

aliud.

Quo ſæpiſſimè mirabili ſucceſſu vſi ſumus, etiam in inueteratis. In phialã vini rubri auſteri decoquito drachmam argenti viui ſublimati, mox ſero ablue ſocum, & mane, permitte vt ſicceſcat ex ſe, id ter, quater repetendum, abolenturq; impetigines, nunquam, & nuſquam reuerſuræ. Habebis &

aliud.

Accipe halinitri vncias tres, olei amygdalarum amararum libras duas, ſcillæ ſelibram, carnium limonum vnam, miſce, & triduo tabeſcant ſinito, mox chymiſticis organis extrahe oleum, quo perlinito impetigines, & abolentur, etiam ſi in lepram conuerti minentur.